Fragmentarium

a templerisq· [illegible]
ita enim [illegible] fuge spatium [illegible]
[illegible] tumultu[illegible] erat & considerentes [illegible] si fugerent [illegible]
uelut quoddā bellatheatrū [illegible] nec alios quam aderant quicquā eorū quae
nagerebantur latebat· postremo non hora noctis coepto proelio· quinta diei dissolu ti 20
sunt cum neutri eo loco unde pugnā inierunt certa fuga cessissent· Uerū mediam in anci
piti proelio uictoriam reliquissent· Romanorū quidē plurimi nobiliter decertarunt·
Judaeorū aūt partis quidē simonis iudaeus marcioti filius & simon osiae· Idumeorū uero
iacob· & simon alt cathe filius· Jacobus aūt iosiae de iohannis aūt sociis gestheus & a
lexander· De zelotis aūt simon filius tarige· At romanorū reliqua manus die septi
mo subuersis antoniae fundamentis· latam uiam usq· ad tēplū conposuit· admotaq· mu
ro agmina mox aggeres inquoabant unū contra interiores tēpli angulū qui ad septen
trionē occidentēq· spectabat· Alterū contra exedrā ad aquilonis partē inter duas por
tas aedificauit· Aliorū aūt duorū unū contra portā occidentalē tēpli exterioris·
Alterum ab aquilone· Magno tamē opus cū labore ac miseriis proficiebat cū materias ex
centesimo usq· stadio deportarent· Interdū aūt ex insidiis laedabantur· Cū ipsi quidem
propter uincendi facultatē minime cauerent· Iudaeis uero propter desperatione salutis
audacioribus uterentur· Nonnulli enī equitū ad ligna siue fenū colligendū exissent·
Interea dū id facerent equos suos frenis exutos pasci sinebant· quos iudaei per cuneos erūpen
tes rapiebant· Itaq· cū id crebro fieret· caesar existimans quod ea tueri neglegentia suorū
magis quā iudaeorū uirtute rapinas contingere tristiani aduersatione caeteros ad equo
rū custodiā reuocare statuit· Unoq· milite qui equū perdiderat morte damnato eo me
tu equos suos caeteris conseruauit· Nūquā enī eos post haec in pascua dimittebant· set
tāquā natura his conexi ad necessitatē egrediebantur· Illi quidem templū oppugnab[ant]
aggeresq· erigebant· Altero uero die post eorū accessu multi seditiosorū quos rapinae de
fecerant· & fames urguebat congregati in p̄sidia romanorū que eleonā montem uersus
con locata erant circa xi mā diei horā impetū faciunt· Sperabant enī primo quidem inop
pinatos· deinde curandi corporis causa quiescentes facile decipi posse· Uerū cognito eorū
conatu romani & de ppriis custodiis celeriter collecti· obstabant eis murū transcende
re ac perrūpere uiolenter ambitū conatis· Conflato aūt uehementi proelio multa quidē
& alia ab utraq· parte fortiter gesta sunt· cū romani p̄ fortitudinē bellandi & iā peri
tia· Iudaei uero immoderato impetu & effrenatis animis uterentur· Dux aūt his erat
pudor· illis necessitas· Nā examittere iudaeos uelut laqueis irretitos romanis tur
pissimū uidebatur· & illi unā spem salutis si murū ui perrūperet potuissent habebant·
Ibitum quidam ex ala equitū pedanius nomine iudaeis in fugam uersis atq· in ualle
coactis equo in aduersū montē a latere incitato p̄teruectus rapit unū ex hostibus fu
gam petentib· iuuenē & grauē corpore & armis undiq· septū talo conp̄hensū tantū se
inclinauit equo currente tāquā qui uim dexterae itēque ceteris corporis & equestris
peritiae demonstrauit· Iste quidem tāquā munus aliquid rapuisset captiuū [illegible]
ad caesarem uenit· Titus aūt uires eius qui cor[illegible]erat admiratus & [illegible]
ad[illegible] praue[illegible]erat supplicio ad fieri iussit· & ipse qui tēpli oppugnatione cura[illegible]
aggeres maturius fieri [illegible] urgebat· Interq· iudaeis aduersis praeliis [illegible] tractantis
tumescente paulatim bello & in tēplo serpente pernicie sicut in putrefacto corpore

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 10400 ff. 22-25 + Latin 11411 f. 64-65 + NAL 2389 ff. 20-21, Nal_2389_20r – Flavius Iosephus, De bello Iudaico - Virtual reconstruction (https://fragmentarium.ms/view/page/F-fht1/3371/35705)